A. D. 1921. Nrus VII.

CURRENDA

Stwierdzanie stanu wolnego.

Skutkiem wojny światowej powstały niezwykłe trudności w stwierdzaniu stanu wolnego nupturjentów bez czego nie można *tuta conscientia* przystąpić do błogosławieństwa małżeństw. Z tego powodu *S. Congregatio de Sacramentis* wydała okólnik, który podajemy poniżej dosłownie w związku z ogłoszeniami w tej samej sprawie umieszczonemi w Cur. VIII. 1918 str. 78, IV. 1919 str. 28, VI. 1919 str. 39:

Instructio super probatione status liberi et denuntiatione initi matrimonii.

Iterum conquesti sunt haud pauci Ordinarii locorum quod parochi, praesertim in exteris dissitisque regionibus ad quas frequentes demigrant ex Europa opifices, horum aliquando matrimoniis assistant, quin praescripta iuris tum de statu libertatis tum de initi matrimonii denuntiatione rite serventur; ex quo fit ut non raro novum contra fas attentetur matrimonium ab iis qui adhuc priore vinculo adstringuntur.

Ad hujusmodi malum praecavendum, quo sacra familiae christianae iura pessumdantur, parentes vinculis damnationis illaqueantur, et filii perversionis periculo facile obiiciuntur, haec Sacra Congragatio de Disciplina Sacramentorum die 6 mensis martii anni 1911 Instructionem Ordinariis dedit, quae in Commentario Officiali *Acta Apostolicae Sedis,* vol. III, p. 102,*) sub die 15 eiusdem mensis evulgata est.

Verum ne quis, in negotio tam gravi, huic Instructioni aliquid a Codice iuris canonici derogatum esse putet, Emi Patres huius Sacrae Congregationis in generali conventu die 26 mensis iunii currentis anni habito, eam ipsius Codicis praescriptionibus suffultam, Ordinariis iterum sequentis tenoris dandam censuerunt.

1. Ordinarii in parochorum memoriam revocare satagant haud licere ipsis adstare matrimonio, ne praetextu quidem et intentione avertendi fideles a turpi concubinatu, aut praecavendi scandalum coniugii, quod vocant, civilis, nisi constito sibi legitime de libero statu contrahentium, servatis de iure servandis (can. 1020 et 1097 § 1, n. 1 Cod. iur. can.), iidemque moneantur ne omittant, ad normam can. 1021, baptismi testimonium a contrahentibus exigere, si hic in alia paroecia fuerit illis collatus.

2. Vi can. 1103 § 2 parochus qui matrimonio interfuit, ad parochum baptismi transmittere festinet initi contractus denuntiationem, quae, ut praescripta eius-

*) Cf. Curr. VI. 1911.

dem canonis rite serventur, contineat oportet coniugum eorumque parentum nomina et agnomina, aetatem contrahentium, locum diemque nuptiarum, testium pariter nomina et agnomina, denique ipsum parochi nomen et agnomen una cum parochiali sigillo.

Accurate autem edoceatur de paroecia, de dioecesi, ac de baptismi cuniugum loco; ceteraque alia serventur; quae ad scripta per publicos portitores tuto transmittenda pertinent.

3. Quo securius sive testimonium de statu libero a parocho nupturientium habeatur, sive denuntiatio de secuto matrimonio ad parochum baptismi perveniat, parochi haec documenta petant vel transmittant per cancellariam Ordinarii loci.

4. Id autem perpendant parochi oportet, aliqua huiusmodi opificum emigrantium matrimonia, quasi vagorum matrimonia habenda esse, quibus, iuxta can. 1032, *parochus assistere non debet nisi debitam licentiam assistendi ab Ordinario loci obtinuerit.* Quod si de vagis non agatur, tamen difficulter quoad alios emigrantes *abest dubium de existentia impedimenti,* ideoque, iuxta can. 1031 § 1, n. 3, parochus *eorum matrimonio assistere nequit inconsulto Ordinario;* habito etiam prae oculis praescripto can. 1022 § 2. Hisce de causis haec Sacra Congregatio iubet et mandat ut parochi matrimoniis fidelium de quibus agitur in hac Instructione non assistant, excepto casu neccessitatis seu potissimum periculo mortis, inconsulto Ordinario loci.

5. Si forte accidat ut, adhibitis etiam cautelis de quibus in n. 1, baptismi parochus in recipiennda denuntiatione matrimonii comperiat alterutrum contrahentium aliis nuptiis iam esse alligatum, rem quantocius significabit, per cancellariam Ordinarii, parocho contra fas attentati matrimonii.

6. Ordinarii sedulo advigilent ut haec praescripta religiose serventur, horumque violatores, si quos repererint, curent ad officium revocare, adhibitis etiam, si opus sit, canonicis sanctionibus.

SSmus Dominus Noster Benedictus PP. XV. in audientia habita ab infrascripto Secretario huius Sacrae Congregationis die 26 junii 1921 hanc Instructionem approbavit et confirmavit, eamque ab omnibus quibus spectat servari mandavit.

L. 5265.

Wydatki kancelaryjne urzędów parafijalnych.

Byłe Namiestnictwo lwowskie na skutek starań Episkopatu Małopolskiego w relacji swej z dnia 16. czerwca 1921. L. XI. b. 71743/7165 przedstawiło Ministerstwu Wyznań religijnych i oświecenia publicznego wniosek na 20-krotne podwyższenie dotychczasowego ryczałtu na opędzanie kosztów połączonych z prowadzeniem kancelarji parafialnej, a nadto by Urzędom parafialnym przyznawał z końcem każdego roku zwrot rzeczywiście poniesionych wydatków na opłatę pocztową od korespondencyi składkami — a to na podstawie wykazów potwierdzonych przez Urzędy dziekańskie.

Celem uzyskania podstawy do ustalenia wydatków poniesionych tytułem opłat pocztowych za dotychczasowy okres i wyjednania na ten cel odpowiedniego kredytu w preliminarzu roku 1922 *wzywamy wszystkie P. T. Urzędy parafialne, by bezwłocznie sporządziły wykazy dotychczas poniesionych wydatków na opłatę porta pocztowego i wykazy te przedłożyły Urzędom dziekańskim celem sporządzenia na podstawie poszczególnych wykazów ogólnych zestawień tego wydatku.*

Tak sporządzone zestawienia przedłożą tu P. T. Urzędy dziekańskie w czasie możliwie najkrótszym.

Wojewódzki Urząd Konserwatorski.

Urząd Konserwatorski w Krakowie, który dotychczas sprawował opiekę nad zabytkami sztuki i kultury w zachodniej Małopolsce wszedł z dniem 1-go października b. r. w skład krakowskiego Województwa jako *Oddział sztuki i kultury.* Odtąd wszelkie pisma w sprawach konserwacyi zabytków należy skierować pod adresem: *Województwo Kraków, ul. Basztowa 23. — Oddział sztuki i kultury.*

Ze względu na konieczność jak najrychlejszego przygotowania preliminarza budżetu na rok 1922 na konserwacyę zabytków, należy tam jak najrychlej nadsyłać podania o subwencye na cele restauracyi kościołów zabytkowych, przy których w roku przyszłym konieczne byłoby przeprowadzenie pilnych robót konserwacyjnych. Do podania takiego należy dołączyć choćby przybliżony kosztorys sporządzony przez osoby fachowe i godne zaufania.*)

*) Cf. Curr. VI. R. str. 37.

Centralne Biuro Komisyi Rewindykacyjnej (Warszawa, Jasna 8) zawiadamia, że w Gdańsku znajduje się starożytna figura 1½ metra wysokości, rzeźba drzewna, przedstawiająca Zmartwychwstanie Pana Jezusa.

Obecny jej właściciel p. Skrzetuski przypuszcza, że figura ta została zabrana w jakimś kościele w Polsce i przyrzekł ją zwrócić poszkodawanemu kościołowi.

Oddział Prokuratoryi Generalnej Rzeczypospolitej Polskiej w Krakowie, mieści się obecnie w nowym lokalu przy *Rynku głównym l. 30. I. p.* (Telefon Nr. 2460).

Mutationes inter Venerabilem Clerum.

Decorati R. Dmi: *Kozak Casimirus,* Par. in Domosławice, usu R. et M.; *Dobrowolski Ladislaus,* Par. in N. Rybie et *Bukowiec Adalbertus,* Expositus in Łysagóra — usu Expositorii canon.

Nominati Pl. R. Dni: *Dr. Macko Andreas* et *Dr. Rec Michaël*, Professores Seminarii dioec. — Iudices Prosynodales; *Jasiak Ioannes*, Par. e Zakliczyn — decanus Czchovensis, in locum D. Wiejaczka, qui huic officio resignavit; *Nikiel Ioseph*, Par. in Zaborów — decanus Radłovensis, in locum Kmietowicz, qui huic muneri renuntiavit; *Wąsowicz Franciscus*, Par. in Gromnik — vicedecanus Tuchoviensis; *Działo Antonius*, Par. in Gawłuszowice — notarius dec. Mielecensis; *Borowiecki Franciscus*, Par. in Tymowa — notarius dec. Czchovensis.

Instituti Rndi: *Wcisło Valentinus* ad Nawojowa, *Adamczyk Ioseph* ad Chomranice, facta permutatione beneficiorum; *Odziomek Antonius*, Par. e Rajbrot — ad beneficium in St. Sącz; *Trytek Ladislaus*, Coop. e Bochnia — ad benef. in Korzenna.

Constitutus R. *Smoła Stanislaus*, Coop. in Wielopole — provisor eiusdem beneficii v. facti.

Applicati Rndi: *Dutkiewicz Florianus*, finito servitio milit., ad Trzęsówka, qua vicarius substitutus ad tempus morbi R. Parochi; *Skibniewski Aloisius*, recuperata salute, qua Cooperator, ad Mikluszowice.

Translati Rndi: *Rojek Ioseph* e Mikluszowice ad Radłów (II. Cooperator); *Pilch Ludovicus* e Korzenna ad Rajbrot (provisor.); *Skirło Stanislaus* e Stary Sącz ad Bochnia; *Kozieja Ioseph* e Czermin ad Lipnica murowana; *Białas Adalbertus* e Zgórsko ad Czermin; *Jagiełka Apollinaris* e Lipnica mur. ad Stary Wiśnicz; *Łoniowski Ioannes* e Stary Wiśnicz ad Zgórsko; *Gawlicki Ioannes* e Góra ropczycka ad Brzeziny; *Faron Martinus* e Wojnicz ad Nowy Wiśnicz; *Curyłło Ioannes* e Słopnice ad Wojnicz; *Śliwa Stanislaus* e Brzeziny ad Góra ropczycka.

Piis ad aram precibus commendatur:

anima p. m. *Iosephi Radoniewicz*, parochi in Wielopole skrzyńskie, qui die 15. Octobris pie in Dno obdormivit.

p. m. *Sigismundi Miętus*, emer. parochi, qui die 2. Novembris migravit ad Dominum.

p. m. *Iosephi Jankowski*, cooperatoris in Nowy Wiśnicz, qui die 8. Decembris h. a. mortem cum vita commutavit.

Z KURYI BISKUPIEJ.

W Tarnowie, dnia 15. grudnia 1921.

Ks. Dr. Stanisław Bulanda
kanclerz

† Leon
Biskup

Nakładem Kleru Dyecezalnego. Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie.